



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Caput Sexagesimum tertium. De surdo curato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

A Notatio ad Caput Sexagesimum primum.

MAnuscripti in plurali loquuntur: *Cum munitiones Friderici destruerentur; Insuper dicūt mœchanicum hunc fuisse operarium vrnarum Godefridum nomine, cuius domus sita erat in pede montis Isenberg.*

Caput Sexagesimum secundum.

De pauperculo à variis infirmitatibus liberato.

B AVPERCVLVS quidam in Westphalia septem annis non uno conflictatus est morbo. Alterum eius latus emortuum erat, manus aruerat, lateris costæ contractæ erant, crus adeò intumuerit, ut crassitudine ventrem æquaret. Duobus fultus scipionibus venit ad locum, ubi impij trucidarunt Episcopum ENGELBERTVM: preces supplices obtulit, & celeriter impetravit quod voluit. Multis affectus, f. sanus.

Notatio ad Caput Sexagesimum secundum.

C Manuscripti ita recensent: *Circa partes Vnna de piscina vilia eiusdem Parochie morabatur Pauperculus quidam &catera, Vnnavv. prout in editione habetur Suriana. Vnna verò est oppidum Comitatus Marcani Lippiam ac Ruram inter, ad Aam fluuim ob singularis cereuisiæ cocturam famosum.*

Caput Sexagesimum tertium.

D De surdo curato.

C Resceabant eo in loco miracula, & permulti quotidie accedebant & recedebant, alijs salutem experituri, alijs se eam adeptos gratulan- tes. Inter alios venit surdus quidam, qui decem annis nihil audierat: audit. sed videns hominum tum aduentantium, tum abeuntium frequen- tiam, animaduertit curationes fieri. Veniens ergo ad locum, ubi martyr occubuit, sanitatem adeptus est. Qui proprius illi adstabant, audierunt rumpi pelliculas aurum, quibus meatus obstructi erant. Indè vero tantus consecutus est dolor, ut caput ytraque manu comprimendo,

cum

eum non nihil lenire cogeretur. Auditu recuperato, martyris gloriam
vbiique diuulgauit.

Notatio ad Caput Sexagesimum ter- tium.

§. Inter alios venit surdus quidam.

ADde ex manuscriptis: *Lagenarum artifex Euerhardus de Spurckhovene, iuxta castrum Isenberg oriundus.*

Caput Sexagesimum quartum.

De Spastico sanato.

Spasticus
sanatur.

AVCEPS quidam brachijs & manibus spastico laborans, multa loca
inuisit, remedia multa adhibuit, sed nihil profecit. Venit tandem in
Giuelsberg, & optata illici sanitate potitus est. Ut autem se martyri gratia
cum declararet, annum censem se illi loco daturum recepit.

Notatio ad Caput Sexagesimum quartum.

Hulckro-
densis arcis
vera deli-
neatio.

MAnuscripti:
Aucupem hunc
Cvenatorem Conra-
du appellant ex Hul-
ckerode iuxta Noue-
sum. Hulckerode
Arx est & Comi-
tatus venationi a-
ptissimus, quē Ar-
chiepiscopi Colo-
nienses emptionis
titulo, acquisie-
runt, à Theoderico
Louone de Cli-



uis Comite Hulkradiano. De quare sat longas vidi literas,
quæ initio statim totum venditionis contractum sic enarrat.

In